de nocte consurgens exercitum suum Briziam
mittit, secum vero octo m^a tantum duxit
et sociatus proditoribus civitatis Mediolanen-
sis illo properat. S(ed) dum hec Martinus in- h' ī
volvit, ce + leviter redeundo Ezelinum pre- + f 265 verso col 2 exclinū ī
venit. Ezelinus sua intencione frustratus
Vicum-mercati occupavit², hunc ad tempus occupāt ī
eligens ad manendum. Cremonensium vero
et aliorum predictorum exercitus cognoscens
Ezelini nocturnum discessum usque ad flumi-
num Adua ipsum insequitur et iuxta locum
unde transitum fecerat tentoria figit, pon-
tem et transitum diligenter observans. Cumque
exercitui Ezelini v(ictu)alia deficerent et ab
inimicis undique vallaretur, non audens propter
multitudinem cum Mediolanensibus congredi, de-
git ~~Parmam redire~~ per viam redire qua venerat, sperans vel
gladiis sibi aperire viam, vel per medias bel-
latorum acies fuge invenire remedium. S(ed)
dum pontem valde munitum cerneret et suos
hortaretur ad pugnam, sagitta in pede graviter
vulneratus, ita ut dolore vulneris iam non pos-
set solita sagacitate de prelio ordinare. Dimis-
so propterea ponte de fuga cogitat, ad vada
fluminis properavit atque nullo impediente
cum exercitu suo transivit. S(ed) evadere vel